ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 73r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



pientiae nullus ē finis. nec discendi terminū. senectus
inponit. Qui enim consueuit eo modo sortiri ma
trimonio. quo de ipso superius indicauimus. id ē
qui uirtutem habere in coniugio solet. quando
potest ab huiuscemodi cessare coniugio. Sarre
namque dormitio. uirtutis ē. intelligenda
consummatio. Quiū consummatae & pfectae uir
tutis est. semp necesse ē ut in aliqua eruditione
uerset. quā eruditionē coniugem eius sermo
diuinus appellat. secundum hoc puto quod & in
lege celebs & sterilis maledicto subiacet. Di
cit enim. maledictus qui non reliquerit semen
in israel. quod si haec de carnali semine dici putent.
Omnes ecclesiae uirgines sub maledicto positae
uidebuntur. & quid de ecclesiae uirginibus
dico. ipse iohannes quo maior int̄ natos mulierū
nemo fuit. & alii scorū plurimi. semen secdm
carnem non relinquer. quippe. qui ne inisse
quidem matrimonia referunt. Sed certū
ē illos spiritale semē & spitales filios reliquisse. &
habuisse unumquēq; coniugem sapientiā. sic
& paulus p euangelium filios generabat.
Accepit ergo senex emortui iam corporis
abraham uxorem cathurem. Ego puto secdm